

# De prudentia.

21

nanque debet perducere ea, qua prudens intentio  
vis est, sucepit, qui sicut perfectam laudem pa-  
riunt, que periclitant, ita & vituperationem gene-  
rant, que in mediis conatibus imperfecta defecun-  
tur. Defectus enim eorum aut contumilium titubare,  
aut vires arguit defuisse. Scito igitur à prudentia le-  
ctor te in quibdam debere perseuerare, que ce-  
pisti, quadam vero nec incipere, in quibus perseue-  
rare sit noxiū, quia commendabilis est, ut propo-  
fit non inchoes, quam ut inchoas postponas. Pru-  
dencia insuper mutabilitatem caue facit, si autem  
prudentiam amplecteris homo, vbiique idem eris.  
Et prout rerum aut temporis varietas exigit, ita te  
accommodabis tempori, ut non te in aliquibus mu-  
tes, sed aptes. Vir etenim sanctus in sapientia stabilis  
manet sicut fol., stultus vero vt luna mutabitur. Ipsa  
virtus turpia in occulto sicut in publico vitare facit.  
Prudenti nempe viro nihil turpe est faciendum etiā  
si omnes lateat, etiam si omnes homines celare pos-  
set. Quapropter nihil à nobis auare, nihil iniuste, nihil  
libidinole, nihilque incontinenter est faciendum,  
quia sapientis proprium est quicquam, cuius ipsum  
penitere possit, non perpetrare, sed splendide, con-  
stante, grauite, honesteque cuncta disponere. Hac  
quoque potius in prosperis quam in aduersis docet  
confute agere. Tunc enim sancti viri, qui virtute  
prudentia polent, quium libi cernunt suppetere  
prospera mundi huius, pauci suspitione turbantur. In  
omnibus quo agunt, cautē se gerunt, quia timent, ne  
hic laborum suorum fructus recipiant, formidantq;  
ne diuinā iustitiam latens in eis vulnus aspiciat, & ex-  
terioribus eos munieribus cumulans ab internis &  
externis repellat. Sine hac virtute non potest homo  
actus rationis (sic ille cogitationes) ordinare. Nam  
prudentem virum, quicquid pudet facere, pudet co-  
gitare. Propterea tunc poterimus virtutem obtinere  
prudentia, quum inutiles laboriosasque cogitatio-  
nes nostras represserimus, & tunc incipiemos bona  
cogitationes dirigere, quum ab illis que male sunt,  
libra discretionis studuerit spiritu colibera. Ipsius  
etiam prudentia proprium est non solum cogitacio-  
nes, sed etiam intentionem ad finem dirigere, quod  
per ecclesiarum est. Quia si cor imprudentis semel  
noxia intentione corrumpitur, sequentis actiones  
medias & terminus ab hoste callido superatur, quia om-  
nes fructus arbor amittit, quae veneni dente in ra-  
dice vitiata est. Summa igitur cura & prudēti dis-  
cretione vigilandum est, ne vel bonis operibus seruens  
mens reprobā intentionē polluat. Scire itaque nobis  
prius necesse est, quā fini vicimora nimis, & quo  
ordine debet fieri, scilicet ut prius fiat quod est valius  
ad salutem. Quo studio scilicet, ut adcentus quo  
vehementius ad animorem accendiatur. Quo fine scilicet  
ceut, ut adificationem nostrī & proximi. Nam sūt  
nonnulli imprudentes, qui scire volunt eo fine tan-  
tum, ut sciat, & hoc turpiscutio istas est, alijs veletan-  
tur, & hoc detestanda vanitas est, alijs ut scientiam  
suum vendant pro pecunias, & honoribus, & hic ob-  
scenos questus est alij ut adficiant, & hoc laudabilis  
prudentia est. Hac virtus prudentiae etiam linguam  
moderatur, de qua sic legitur. Labia imprudentium  
stulta narrabunt, verba autem prudentium statim  
ponderabuntur. Sed & qui moderat labia sua pru-  
dencissimus est. Diu igitur considerandum est, quid

loquendum sit, & adhuc tacite prouidēdū, ne quid  
dixisse pœnitentia. Sapientis antequam loquatur, multa  
prīus considerat, quid & cùsque loco, quo tempore dic-  
cat. Nam solus ille scit recte loqui, qui ordinat nouit tacere. Hæc quoque cœlestis prudentia in spiri-  
tuallī bello triumphat. Vir nanquē sapiens fortis est,  
& vir doctus, validus & robustus, quia innititur bel-  
lo cum dispositione. Propterea est salus, vbi multa  
consilia. Econtraario valde fortitudi delruit, nisi  
per consilium fulciatur. Quoniam quo plus mens  
intensius sine prudētia custoditur, eo decēns in pra-  
cessit. Mens etenim quā intus consilij discrecio-  
nisque fedem perdidit, forsē se per desideria innumer-  
a spargit, & eo facilis ab inimicis vulneratur, quo  
extra le posita, quibus exagitetur tentationibus, non  
intuetur.

Quā multa sint, & que sint illa, que non mediocri-  
dō dō prudentia aduersantur. C A P . V .

Vpientibus ad optatum curisque rei finē  
pertingerē duo hecēstria sunt scire, videlicet quā ad eam tendit, ne ignorā-  
re contraria, quibus impediāntur. Quā  
de re quā vñq; nūc luculentē patet factum sit iter  
decūque prudentia, apertūdū est in consequentiis  
qua ipsi prudentia aduersantur, quatinus sicut  
in commendatione virtutis ex precedētibus ad illam  
obtinendam lector factus est alacer, ita ex iis que in-  
feruntur, efficiatur prouidus. Tanto nanque securius  
iter peragitur, quanto locūdū quā sit recta, & quā  
sit via obliqua, non ignorātur. Notandum est tamen,  
quod ignorātia prudentie plurimum aduersatur.  
Est autē ignorātia multiplex, quadam virtuosa, quā  
excusationem non habet, & prudentia contrariatur,  
videlicet si adul affectio nesciendi, que agendā sunt,  
vel vitanda, vel negligenda sciēti. Multa nāq; ne-  
sciantur aut sciēti incuria, aut discendi desida, aut  
verēcundia inquirendi. Est etiam virtuosa prudentia  
laudabilis valde opposita, que triplex est. Est enim  
prima prudentia carnis, de qua Apostolus ait. Prude-  
ntia carnis inimica est Deo. Hec studiōsus que carnis  
sunt impietas, quāque spiritus. Vnde necesse est, ut  
ex ipsius inordinato amore generetur pugna anima  
laboriosa, & prudentia aduersa. Secunda est pruden-  
tia terrena, que pertinet ad dñitias, & honores, de  
qua sic legitur. Filii quoq; Agar, qui exquisierat pru-  
dentiam, que de terra est, negotiatores terre & The-  
mata, & fabulatores, & exquisitores prudentiae & in-  
tellectus, viam autem laetitia nescierunt neque  
commemorati sunt lemītas eius. Tertia est pruden-  
tia diabolica, que pertinet ad militiam, de qua dicitur.  
Sapientes sunt, ut faciant mala, bene attemface-  
re ne fieriunt. Huiusmodi nanque prudentia est cor-  
machiōnibus regere, sensum verbis velare, quā  
falsa sunt vera ostendere, & quā vera sunt falsa de-  
monstrare. Opposita quoque multum est prudentiae  
animi präsumptio. Vnde enim est difficultas, ut si qui  
se sapientem existimat, mentem suam prudenter re-  
git. Nam vera hominis sapientia efficiens humilitas  
sunt existimationis. Propterea laudanda prudentia  
est, quā existimationem sui cōcepto pōderē examinat.  
Inordinata etia cupiditas contrariatur prudentia. Si  
cū enim ijs, qui per infātā mentē traslati sunt, nō iam  
resipsa, sed passionis sui phantasias vident, ita quoq;  
inprudētis mens semel vinculis cupiditatis astricta,  
semper